

IO. GRADONICVS¹²³
DUX LV.

*Electus die 29. Aprilis Anno 1355. etatis sue lxxvi.
Anno 1356. cum rexisset An. 1. Mense 3. dies 14.*

INSCRIPTIO ANTIQVA.

*Memoria & Iuris peritia clarui,
Cum Ianuensibus utile fœdus inii.*

LVI.



Onsternatâ Republicâ ob Phaletri conspirationem;
Marcus Cornarius ProPrinceps Rempubicâ ad-
ministravit; donec Comitiis habitis Ioannes Gra-
donicus, cui *Nasonis* cognomen, Dux declaratur.
Rebus iste domi compositis, cum externis etiam
nempe Ianuensibus pacem inivit. Vix tamen Li-
gustico sedato turbine, pacis Solem aspexit; quod ab Aquilone
(unde panditur omne malum) novi Belli conflatur fulmen. Lu-
dovicus Rex Pannonum in Liburniam ruens, uno momento Ia-
dram, Spalatum, Tragurium, Enonam obsidione cingit, Ita-
liam Barbarorum colluvie inundaturus, Austrii, Aquileiensis,
Carra-